

Kopia Responſu Krola Jmci danego Ka:
pitule Warminſkiey

189

Venerabiles devoti Nobis dilecti. Ex Literis devotionum Vraꝝum proxime ad nos datis intelleximus magnopere Devotiones Vraꝝas Deſideraſſe, ut qui nunc Eccleſie Varmiensi præeſt Episcopuſ, ille diutius etiam, atqꝫ adeo per omne vita ſua tempus vobiſcum permaniſſet. Verum quod is ad alium Episcopatum transferendus ſit, ſollicitas eſſe videmus Devotiones Vraꝝas, ne in designando illi Successore Eccleſia Devotionum Vraꝝum aliquam imminutionem privilegiorum patiatur, ejuſqꝫ rei cauſa Nuntios ſe ad nos miſſuros oſtendunt. De Rendo Dno Epifcopo Varmiensi illud à Nobis quidem conſtitutum eſt, quod virtus ipſius merebatur, quodqꝫ ex utilitate Eccleſie Dei fore exiſtimavimus, quoniam vero modo Sedes Aplica illud amplexa ſit, et quid de translatione ipſius decretura, nondum nobis conſtat, ac proinde de ipſius quoqꝫ Successore nulla à Nobis cogitatio ſuſcipi potuit. Sollicitudinem porro Devotionum Vraꝝum de Privilegiis ſue Eccleſie conſervandis non improbamus, quemadmodum autem Duci Antecessores Noſtri magnopere ſua et Republica intereſſe cobitrati ſunt, ut electio et conſtitutio Epifcopi loci illius debito modo et ordine peragatur, ita in eadem nos quoqꝫ ſumus ſententia, dabiturqꝫ à Nobis opera, cum opportunum huic rei tempus advenerit, ut in eo negotio nihil niſi cum utilitate Eccleſie Dei, et commodo ac bono Republicæ agatur, juniumqꝫ ac privilegiorum Devotionum Vraꝝum digna et juſta ratio habeatur. Devotionibus Vraꝝis omnem à Deo Felicitatem optamus, et benevolentiam Noſtram Regiam Deſerimus. Datum Cracovia.

La 2ym. III. Jedyn tytuł Tytułu jest pod nazwą Kupański. Obaż otym pod R. 1604.

